ANCHORA TITVLORVM VTRIVSQVE IVRIS.

IACOBO GIRARDO Trenorchiano authore.

Num. 45. cax. 9. num. 80.

LVGDVNI,
Apud Matthiam Bonhomme.

M. D. LVII.

Cum priuilegio Regio ad decennium.

Coll. … usu Salm. ex dono Regum.

INSIGNI IMAGINIBVS ET ERVDITIONE VIRO, D. IOANNI BOYERIO, DOMINO DE TREMOILLES, IVris vtriuſque doctori, conſiliario regio, & in curia regia Balliuiatus Matiſconenſ. locum tenenti generali meritiſs. Iacobus Girardus Trenorchianus

S. D. P.

NON Immeritò iactatum eſt in vulgus (BOYERI clariſſime) Græcum illud adagium Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος, καὶ χείλεος ἄκρου *Quũ enim annis ſuperioribus hanc noſtram Anchoram, veluti fideliſſimum iuris terminorum traducem, abſoluere properarẽ, eámq; ſemel atq; iterũ repetere eſſet in animo, aliò deuocatus ſum, allata mihi Auenione ab amico epiſtola, paterni me morbi certiorem faciente. Quanto autẽ meo cum dolore, quantáq; cũ meorum ſtudiorum pernicie ac damno hinc manifeſtiſſimum eſſe poteſt quòd per pluſculos iam dies legalia intermiſerim ſtudia, quorum ſacris vt liberali paterno inſtinctu, atq; meo labore, ab hinc annis decem, initiatus ſum, ita & mihi magis pernicioſum fuit, eadẽ minus potuiſſe ſeriatim perſequi. Sed poſtquam à Domino factum eſt hoc, & eſt mirabile in oculis noſtris, quis non patientiſſimè tantam tuliſſet iacturã, vt omnibus modis parenti ſuo*

Præfatio.

PLATO, diuinus philoſophus, ſcribit[a] principiũ prouerbio dici totius negotij dimidium, benéq; cœpiſſe ab omnibus vndique laudari. Similiter & Caius iureconſultus ſcribit,[b] vniuſcuiuſq; rei potiſsimam partem eſſe principiũ. Quod apud me conſiderans, eámq; præfationem eſſe maximè probandam, quę ſenſũ animi noſtri optimè promat, optima ratione exiſtimaui, antè, quàm accederẽ ad id, quod inſtitui, ex re demũ præmittendũ eſſe quid titulus, lex, paragraphus, & alia huiuſmodi, in modũ ſcilicet cuiuſdã præfatiũculę, cuiq; ciuilis diſciplinę ſtudioſo neutiq̃ incõgruę, ad maiorẽ ſequentiũ cùm inſtructionẽ, tũ cognitionẽ, ſecutus optimi ducis Vlpiani conſiliũ,[c] Bene eſt (inquientis) priùs, q̃ ad verborũ interpretationẽ perueniam°, pauca de ſignificatione ipſius tituli referre. Neq; enim (vt idẽ ait Caius[d]) licet

a lib. 6. de Republica.

b in l. j. ff. de origine iuris.

c in l. j. ff. ſi certum petatur.

d in d. l. j. de origine iuris.

ANCHORA TITVLORVM VTRIVSQVE IVRIS.

ABigeus. Valla,[a] Abigei, inquit, dicuntur animalium fures, latrunculique. Vlpianus[b] verò, abigei, ait, propriè ij habentur, qui pecora ex paſcuis, vel ex armentis ſubſtrahunt, & quodam modo depredantur, & abigendi ſtudium, quaſi artem exercent, equos de gregibus, vel boues de armentis abducentes.[c] Eorum autem pœna eſt, vt ſi id ſemel fecerint, verberantor. ſi ſecundò, relegantor. ſi tertiò deprehenſi fuerint tale quid delinquere, manus eis amputãtor, abactũ ſcilicet gregẽ ſuo domino reſtituendo. Aliter ſta-

a *lib. Elegant. 6. c. 16.*

b *in. l. 1. ff. de abig.*

c *Sic & in Auth. de nupt. §. ſi igitur. col. la. iij.*

voculam, aut alteram caligantibus oculis, nec æquè ſemper intẽtis, reliquerim, id minimè gentium mihi loco vitij valde fuerit, quandoquidem neque venatori bono culpę vertitur, ſi quas in magna ſylua feras reliquerit. Ad hæc, etiam nulla eſt (authore Columella) diſciplina, quę ſingulari ingenio conſummata ſit. Quantùm tamẽ potui in hoc certè enixus ſum, vt nihil quicquam admodum vtile in hac noſtra iuris Anchora deſideraretur, niſi ab eo fortaſsis, cui non ſatis fuerit, iuxta Ciceronis conſilium, capita, ſeu genera rerum quandoque percepiſſe, per quæ cætera ipſe perſequatur. Quamobrem, vt receptui canã, noſtrum hunc laborem æqui boniſque conſulant ſtudioſi, memores interim Græculi cuiuſdam ad Auguſtum ſermonis, Μὴ κατὰ τὴν τύχην σίδαρςε, ἃ πλεῖν ἐδίδου.

FINIS.

LVGDVNI,
Excudebat Matthias Bonhomme.
M. D. LVII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA